ac re aliqua principali non completa complendisque praemissis Citatis ex tunc memo-
ratus recognoscens Generosus Simon Humnicki Tribunus Terrae Sanocensis
aut eius successores ad instantiam praefatorum Nobilium valentini Gadomski et Re-
ginae coniugum Leimanorum aut ipsorum posterorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat
mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare
iuri parere respondere vadium praefactum luere inscriptioni huic satisfacere ac
omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad terminum
ea obligat cuius Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes cau-
sae eius Terminos semper peremptorios tenere infirmitate praemissa minorenni-
tate successorum uxore intra vel extra Regnum servitio militari ad mu-
nimenta ad Tribunale vel alibi quibuscunque dillationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo ad quietationes ultra proximos terminos officii
praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipiendo nullasque mo-
appellationes ac earundem prosecutione faciendo praemissaque omnia penitus simpli-
citer vel ... suspensione fatalitatum praefato Terrestri
bello ... et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus ...
... praemissa omnia mediante

Grabinski et Skorczycki Roboratio

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosi Gregorius Grabinski de Grabiny ab una et Andreas Skorczycki
ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus
iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus recedentes huic
autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum suc-
cessoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subi-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognoscunt et quilibet ipsorum
seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi seque ac suos successores in et super
bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis sibi mu-
tuo et invicem una pars alteri parti ac posteris utriusque partis inscribunt et ob-

ligant

ligant praesentibus intercisam certam inter se recognoscendo ratione certarum rerum
et conditionum ibidem contentarum de actu et data hic Premisliae die hodi-
erna actus praesentis confectam manibus suis propriis subscriptam et sigillatam
in omnibus conditionibus eiusdem intercisae punctis clausulis articulis va-
dio ligamentisque et nexibus quibusvis universis tam in toto quam in parte fir-
miter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque intercisae et om-
nibus illius Contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam inter-
cisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam interci-
sam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio Duorum millium et Tre-
centorum florenorum polonicorum per partem parti cum succumbentibus utriusque partis ob
non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in
parte totiesque quoties opus fuerit ad solvendum succumbens. Ceterum memo-
ratae partes recognoscentes utraque se ac suos successores in et super bonis suis gene-
raliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et
invicem una pars alteri parti ac posteris utriusque partis inscribunt et ob-
ligant praesentibus inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis Castrensibus
autenticae depromptam ad Acta Terrae Premisliensia sive coniunctim sive se-
orsim ante decursum unius anni transferre et transportare. Idque sub vadio
similis summae Duorum millium et Trecentorum florenorum pecuniae pollonicae per par-
tem parti cum succumbentibus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis
tem parti cum succumbentibus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis
pro tempore et loco supraexpressis toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbens. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum
succumbendo ac pro re aliqua principali non completa complendisque praemissis
citata ex tunc pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam
partis alterius aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premi-
sliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere
respondere vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum